

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

8 De obligatio[n]ib[us], quib[us] locator co[n]ductori te[n]eat[ur].

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

rin. §. Prator ait. ff. de edendo, & idem iuris est de custode carcenis, l. ultim. ff. De Custodia, & exhibitione rerum. Et sufficit, si probet per verisimiles conjecturas, dummodo non sint alia contrariae maiores; ut si pistor offendat, oves aliquot culpa sua non perfisse, quia totidem, aut plures ex aliis quoque gregibus percurentur. Alcibi statuto caustum est, aut in more possumus, ut custos, vel conductor iusteirando confirmet, culpa sua rem minime perfisse; quando vero conductor ex vi conductionis custos rei non est, qualis est factor, vel fullo, vel nauticulatus, qui accipit veles ad consuendum, vel poliendum, vel merces ad transportandum: tunc nisi confiteretur verisimili conjectura rem ipsius culpa perfisse, credendum est fortuito casu, aut naturali rerum cursu interire.

Sexto queritur, ex qua culpa teneatur locator, qui rem vitiosam locauit? Respondeo, teneri ex dolo, & culpa lata, vel leui: non tamen ex casu fortuito, vel culpa levissima; quia locationis contractus est gratia virtutique, locatoris, & conductoris: & hinc est, ut si res locata pereat, vel deterioretur evadat dolo, vel culpa locatoris, debet damnum refarcire. Deinde, Si res locata cuncta fuerit, cogitator locator vel aliam non minus commodam, & idoneam praestare, vel curare, vel qui cuncta, permitat conductorem in ea permanere. Quod si neutrum fecerit, debet pensionem remittere, vel restituere pro rata portione temporis, ex l. *Si quis domum, ff. locati.* Praterea si locaueras fundum, & ob delictum tuum publicatus es, si fiscus locationi stare non cogitur, debes remittere pensionem magis aut minus, propter longior, aut brevior temporis mora fuerit. *L. Si fortassis, ff. locati.* vbi sic habetur: [Si fundis, quem mihi locaveris, publicatus sit, teneri te ex conducto actione, ut mihi sibi licet, quamvis per te non sit, quo minus id praefites: quemadmodum, inquit (seculice Caius) si insulam edificaram locates, & solam corrueatis, nihilominus teneberis. Nam eti vendideris mihi fundum, si que prius quam vacuus tradiceretur, publicatus fuerit, tenens ex emplo, quod haec tenus est verum, ut premium restitus, non vt etiam praefites, si quid pluris mea interfuerit, cum vacuum mihi tradi. Similiter igitur & circa conductionem seruandum putto: ut incedem, quam praefiterim, restitus, eius scilicet tempore, quo fructus non fuerint, nec vita, actione ex conducto praefitero cogitis. Nam eti colonus tuus fundo frui a te, aut ab eo prohibeat, quem tu prohibere, ne id faciat, possis; tamen ei praefabis, quanto eius interfuerit frui, in quo eam lucrum eius continebitur. Sin vero ab eo interpellabitur, quem tu prohibere propter vim maiorem, aut potentiam eius non poteris, nihil amplius ei quam mercedem remittere, aut reddere debebis. *J. H. Ceterus lex:* In qua lego duae causa definiuntur, ut ibi explicat Glossa; una est: Quando locavi tibi rem, & ab alio, cui restituere nequeo, prohiberis eam, nec frui, solam debeo remittere, vel restituere tibi mercedem. Altera est: cum locauero tibi rem, & a me, vel ab alio, a quo ego te defendere queo, & id non facio, prohiberis eam frui, debeo tibi non tantum mercedem remittere, vel reddere, sed etiam quicquid tua interest. Nauarthus in *Manuale cap. 17, num. 187,* primam proposuit, secundam pratermisit. Praterea in *l. Sed addes, §. Si quis dolia, ff. locati.* statutum sic: Si quis dolia virtutia ignarus locauerit, deinde vinum effluxerit, tenetur in id quod interest, nec ignorantia eius erit excusat. Ex ita Caius scripsit. Alter atque, si salutem paucum locasti, in quo herba mala nascetur. Sic enim si pecora vel demorta sunt, vel deteriora facta, quod interest, prefiguratur, si seisti: si ignorasti, pensionem non petes. Et ita Seruio, Labecio, & Sabino placuit. *[Hec ibi lex.]*

Sed cur non idem iuris est in eo, qui salutem paucum locat, in quo herba noxie, & pestifer naescibantur, quod est in eo, qui dolia virtutia locauit? Respondeo. *Glossa in eadem lege, in verbo (in quo herba mala) idem iuris non est;* quia qui locauit dolia virtutia, virtutem ignorare non debuit: ar qui salutem paucum locauit, iustè, hoc est, bona fide, potius ignorare nam quia facilius sciendi queant, &

ignorentur grauius correcentur. Ita Glossa. Profecto leges & iura ciuii in eo, qui dolia virtutia locauerit, ignorantiam improbat, quia locator non creditur rei virtutis ignorans, vero excusat ignorantiam in eo, qui salutem paucum noxiuum locauit, quia tam locatorem faciat credimus virtutem nescire. Ceterum, nico iudicio, secundum conscientiam, si dolia virtutis locator virtutem bonâ fide ignoravit, excusat, sicut & locator saltus, in quo herba noxie naescibantur: & quemadmodum hic ex levissima culpa minimi tenetur, sic nec ille.

De obligationibus quibus locator Condu- ctori tenetur.

CAPUT VIII.

PRIMA obligatio est: ut locator rem locatam praefiter, quia vratur, & fratur ad tempus praefinitum: aliqui per locatorem fierent, quo minus conductor re frustatur, debet solvere quicquid interest conductoris. *L. ex con-
ducto, & l. Si uno, §. Vbi cumque vers. Planè si forte, ff. locati,* ut si possessor rei locatae conductori non praestatus, aut si villa non reficiatur, vel stabulum, vel vbi gressus eius late poterat. *Glossa in l. Si uno, in verbo personis, ff. locati.* At si per easum fortuitum conductor impeditus sit, quo minus se locata vtatur; tunc locator mercedem remittere, vel restituere cogitur, non autem id, quod interest conductoris. *Glossa in l. Si uno, in verbo personis, ff. locati.*

Secunda obligatio: ut locator, rei virtutum oculatum conductori patefaciat: ut si equus calcitratus, domus ruina, ferus fur, saltus paucus noxius, & pestifer, dolium virtutum: quod locum habet, quandocunque virtutem rei fuerit conductori pemiciofum; vel iuritile: ut si fecus sit, potest locator rem locate, dummodo mercedem minuat, hoc est, tanto locet, quanto, cum tali virtute locari conuenierit: dummodo etiam conductor si virtutem ferre, rem nihilominus conduceret, aliqui deceler in locatione contentus conductoris necessario requiritur.

Tertia obligatio: ut locator soluat impensas necessarias, vel vires per conductorem factas in re locata. *L. Domum, §. i. L. Colonus, Lex conducta, ff. locati.* dicuntur necessaria, vel vires, quando tales sunt, ut sine ipsis conductor re locata vt non possit, & quo non solum ipsi conductor, fedetiam locatori sint necessaria, & vel vires. *Baldus in l. C. de In-
re emphyteoti ut puta, si ferus, vel equus male valuit ab eo
culpa conductoris, & curatus est, aut si partem domus col-
lapsum conductor referent, aut si in fundo vites, vel arbo-
res plantavit.*

Quarta obligatio. Ut locator refaciatur damna, si quae passus est conductor dolo, aut culpa lata, vel leui ipsius locatoris; ut si res locata perirent, vel deterior facta fuerit.

Quinta obligatio est: Nè locator ante tempus locationis completum, rem locatam repeatat, & conductorem a locatione expellat, nisi in quatuor causis, quae continentur in *L. Ede quam, C. De locato, & in cap. Propter sterilitatem, de locato.*

Secundum queritur, quae sint causae, ex quibus locator potest conductorem re locata depellere, locationis tempore durante? Sunt illae, quae continentur in *L. Ede quam, C. De locato, & in cap. Propter sterilitatem, de locato.* Quarum

Prima est, si conductor non soluerit mercedem per biennium, cum tamen res sit locata ad longum tempus, videbitur ad quatuor, vel plures annos. *L. Quarto, §. Inter locatorum, & l. Cum domini, ff. locati.*

Quod si res ad paucos annos locata fuerit, minimum duos, tres, & tunc si non soluerit conductor mercedem praefinito tempore, potest statim locatione depelli. *Panormita-
nus in cap. Propter sterilitatem citato. Alexander Confus. lib. i. & confess. libro 3. Siluester in verbo, locato, qd. 9.*

Role.

Kofella eodem verbo, num. 3. Nauarrius in *Manuali cap. 17.*
num. 193. Antonius Gomes *Tomo 2. variat. resolut. cap. 3.*
num. 6.

Secunda causa, cùm locator re locatâ indiget ad suos va-
sus ob necessitatem aliquam, qua post locationem accide-
rit, verbi gratia, Titius Caio locauit domum, & domus de-
inde, in qua Titius habitat, exulta est, vel casu fortuito
corruit, nec habet Titius aliam domum, in qua habitat, po-
test Caui inquinilum expellere; vel si Titius, quia duxit
vxorem, vel dignitatem aliquam consecutus est, indiget am-
pliori domo, ob maiorem familiam, & debet tunc merce-
dem remittere, vel restituere.

Sed quid, si egreat locator domo, non quidem ut ipse ha-
bitet, sed pater, vel auus, vel filius? Respondeo, posse etiam
tunc domum locatam à conductore repetere, qua iure na-
turali, horum singuli conductori præferuntur, Baldus in *L.*
Ade quam. C. de locato. nu. 11.

Quid vero si Titius, cùm domum locauit, aliam, in qua
habitat, non habebat: poterit conductorem excludere?
Siue alter loco iam dedit, negat posse, sic enim Angel. in *ver.*
Locatio. nu. 13. Nauar. loco citato censet posse contingere, vt
ipse locator itare locationi minimè cogatur: puta, si Titius,
cùm domum Caio locauit, in communis domo cum alio
habitat, & postea duxit vxorem, cum qua necesse est in a-
lia domo habitat.

Tertia causa, Quando necesse est ut domus locata
reficiatur, quia cum locata est, minimè indigebat repa-
ratione, cap. Propter sterilitatem, *de locato.* & in *L.* *Ade*
quam. C. de locato. & in hac etiam causa debet locator
mercedem remittere, sive restituere pro rata portione tem-
poris.

Quarta causa, quando conductor male in re locata ver-
satur, sive cum damno ipsis rei, si porcos ait in domo, si
arbores caedit, si agrum debitum temporibus non colat, sive
ablique detrimentum rei, vt si recipiat meretrices, lenones, a-
locautores, fures, surarii, *L.* *Ade quam. C. de locato.* Et ratio
est, quia conductor vel damno locatorum afficit, vel domū
eius reddit infamiam.

Quintus, An in predictis causis possit locator propriâ
auctoritate absque iudicis officio conductorem expellere? Po-
tent iure communi. Sed aliqui statuo carum est, vel
consuetudine receptum, ne id faciat absque publicâ aucto-
ritate, & merito, vt sic multorum malorum occasio præ-
cidatur.

Si secundò roges, An ex ultima causa beat locator
mercedem remittet, sive minuere, sive etiam solutam redi-
dere: Gloffa in *L.* *Ade quam.* & altera Gloffa in *e.* Propter ste-
rilitatem, restituant, quorundam esse sententiam, locatorum
minimè ad faciendum obligati.

Aliorum est opinio, posse locatorum contra con-
ductorem agere actionem ex locato, vel actione legis Aqui-
lit. Joannes Andreas, & Panormitanus aiunt, predicta
Glossa, locum habere, quando conductor male in re locata
versatur, ita ut damno locatorum afficit: fecus vero,
quando ita male vultur re locata, ut damnum minimè se-
quatur.

Quarto quartur, An conductor possit impensas pete-
re, quas fecit, eo quod soluit tributa, & sustinuit alia onera
imposita rei locata? Vel ita: An conductor solvere debet
tributa, & sustinere alia onera, quæ vocantur collectæ,
vel Gabellæ, & quæ ex re locata debentur, an potius lo-
cator? Ratio dubitandi est, quia locator est dominus rei,
ergo ipse cogitur talia onera subire. Ex altera parte con-
ductor prædicti vel fundi percipit fructus, sed prædicta one-
ra sunt imposita rei locata ratione fructuum, & utilitatis ex
ipsa prouenientium: ergo conductoris est ea onera fulci-
pere.

Quidam ita distinguunt: Aut res est ad longum tempus
locata, aut ad modicum. Si ad longum tempus, conductor
debet omnia tributa soluere, si ad modicum, locator. Cæ-
terum, communis est Doctorum sententia, conductorum tali
obligatione teneri, quandocumque præmium vel fundum,

tenuerat aliati quamlibet mercede pecuniaria conductus, vt
indè fructus percepere. Ita Gloffa, & Barbolus, & Joan. Pla-
tea in *L.* *C. de Amonis.* & *Tributis. libr. 10.* Romanus in *L.*
Imperatores. *de Publicanis.* Iason *Confl. 19. l. 1.* Paulus *Confl.*
4. 2. Affilius *lib. 1.* *Constitutionum.* *Rubrica 97.* & *vol. m. 1.*
& reuera hæc sententia non solum communis est, sed euam
expresæ habetur in *L.* *C. De annona.* & *Tributis. lib. 10.* vbi
haec sunt verba: [Annonas autem is solvere debet, qui pos-
sessiones tenet, & fructus percipit.] Vbi Gloffa in *verbo*
(fructus) addit: Non autem illi, qui pensiones recipiunt,
nisi sit consuetudo regionis. Accedit quod talia onera re-
bus imponuntur ratione fructuum vtilium, qui ex ipsis col-
liguntur.

Quinto quartur, quid sit dieendum, quando quis rem
suam, vel operas suas duobus locauit: vix scilicet eorum
potius habet ius? Certè si neutri est res tradita, primus con-
ductor potiores haber partes, ac proinde præferendus, ex *L.*
in operis ff. locati.

Sed dubius questionis est, quando eorum alteri est res
tradita, an ille sit anterērendus: Iason in *L.* *Quories.* *C. De rei*
vindicat. censet, primum conductorem ius habere, etiam
quando res est secundo conductori tradita: quam senten-
tiam defendit Natta *conf. 261.* At communis est ceterorum
omnium opinio, esle præferendum conductorem, cui tradi-
ta iam res est, etiam si fuerit posterior. Ita Auditores in *Rota*
Decis. in antiquioribus. & *Deces. 879. in antiqua Titul. de*
locato. Alexand. *conf. 122. lib. 5.* Socin. *conf. 29. lib. 4.* Id vero
etiam ratione optimâ concludi videtur, quia talis cōductor
duplici tute fructus, & conductio, & retentio rei, cùm
tanen alter solum rem conduxit, non retinet.

Quot, quæque obligationes teneant Con- ductorem.

CAPUT IX.

PRIMO quartur, Quomodo conductor Locatori ob-
ligatur? Respondeo, cum primò obligati, ut tempore
præfinito mercedem soluat. *I. Colonus. §. Nauar. ff. Locati.* &
Gloffa in *L.* *S. viii. §. Item cum quidam ff. locati.* Nā
quemadmodum locator debet rem conductori praefare, si
conductor mercedem soluere locatori. Et hinc est, ut locator
possit conductorem à re locata amovere, si debito tem-
pore mercedem non soluerit, ut *superiore cap. dixi.*

Secundò obligatur conductor ad non vtendum re loca-
tâ aliter, quam inter ipsum, & locatorum fuerit actum: alio-
qui enim cum tamquam furem leges & Iura condemnant.
I. Qui iumenta. & *L.* *si pignore. ff. de Furtis.* & *L.* *si ut cerzo. §.*
Sed interdum, *ff. Commodati.* & *Instit. De obligatio.* que ex
delicto, *ff. Furtum antem fit.* Ceterum, vetus quæfio fuit, An
leges merito actionem furto dederint, tamquam in futes, in
eos qui te conductu aliter venterunt, quam in eum finem,
ad quem locata sit. Nam apud Agellum *lib. 5. cap. 17.* La-
beo, Brutus, & Q. Scauola graues Iuris consilii dixerunt, a-
eria & feuera fuisse apud Veteres huiusmodi iudicia. Idem
tradidit Valer. Maxim. *lib. 3. c. 2.* De hac re ego iufus tracta-
ni, cùm agerem de Depositio, ad finem. Porro *Instit. De obli-
gat. que in ex delict. nascuntur.* dicitur, eos, qui cibis commo-
datis (& idem iuris est de rebus conductis) aliter vntur,
quam vtendas accepterint, ita furtum committere, si le intel-
ligant, id inuito domino facere: cumque si intellectuerint, non
permisurum: & si permisurum credant, extra crimen vide-
ri, optimâ sanè distinctione, quia furtum sine effectu furan-
di non constituitur. sic ibi.

Tertiò, rem locatam completo locationis tempore, con-
ductor debet locatori restituere, quia ad tempus vredam
acceptit, quod si non reddiderit, cogitur refarcire damnum,
si quod res passa fuerit, & viuras post mortem. *L. pref. C. De*
Locato.

Quarto, nequit conductor ante tempus locationis el-
apsum rem locatam deferere, sine iusta, vel probabili cau-